

Quiescat liquor per nychthemerum, quem
dein filtra, & ad cuticulam evaporatum in
cella pone, ubi concrecent cryſtalli a Sale
communi repurgatae, quas serva.

NITRUM PRÆPARATUM

sive

LAPIS PRUNELLÆ.

R. Nitri crudi libr. j.

Fluat in cruebulo vel in fartagine ferrea
igni imposita, atque tunc successive injiciatur

Florum Sulphuris unc. j.

Massa demum effundatur guttatim in lami-
nam metallicam politam, vel in tabulam mar-
moream, ut sub Rotularum forma concrescat.

OLEA DESTILLATA

ÆTHEREA.

OLEUM ABSINTHII.

R. Herbæ Absinthii cum floribus q. f.

Adfunde octuplum aquæ communis, & de-
ſtilla ex vesica, donec nullum amplius ele-
vetur oleum, quod ab aqua separatum serva;
aquam vero destillatam novo Absinthio adfun-

N 3

de

de, rejecto priori, iterumque destilla, idque toties iterando, donec sufficiens habeatur olei copia, quæ in vasis vitreis bene clausis affer-vanda.

Hoc modo parantur

OLEUM FLORUM CHAMOMILLÆ.

LAVANDULÆ.

FOLIORUM MENTHÆ.

ORIGANI.

ROSMARINI.

RUTÆ.

SABINÆ.

TANACETI.

OLEUM ANISI.

R. Seminum Anisi q. pl.

Contusis adfunde aquæ communis sexāplum, macerentur per duodecim horas, dein destilletur sub continua aquæ ebullitione oleum, quod ab aqua debite separatum servetur. Aqua vero prolecta ad iterandas super novis Seminibus destillationes, ut supra monitum, adhiberi potest.

Pari

Pari modo destillantur

OLEUM SEMINUM ANETHI.

CARVI.

CUMINI.

FOENICULI.

BACCARUM VIRIDIUM JUNIPERI.

OLEUM AURANTIORUM

CORTICUM.

R. Corticum Aurantiorum recentium q. f.

Cum quadruplo aquæ instituatur illico de-
stillatio ex cucurbita vitrea. Oleum & Aquæ
destillata serventur seorsim.

Eodem modo destillatur

OLEUM CITRI CORTICUM.

OLEUM CARYOPHYLLORUM.

R. Caryophyllorum contusorum q. v.

Macerentur per nychthemerum cum qua-
druplo aquæ communis, dein instituatur de-
stillatio per retortam vitream ex arena ad di-
midium. Oleum, quod aquæ fundum petit,
ab aqua separatum serva, aquam vero ean-
dem Caryophyllis in retorta relictis reaffun-
de, iterumque destilla, ut, ubi adhuc olei

N 4

por-

portio prodiit, obtineas cum priore servandam.

Pari ratione parantur

OLEUM CINNAMOMI.

LIGNI SASSAFRAS.

MACIS.

NUCIS MOSCHATÆ.

OLEUM PETRÆ ALBUM

NAPHTA *vulgo.*

Hoc oleum, quum rarissime in officinis habeatur nativum, atque parari potest sequenti modo.

R. Olei Petræ flavi aut rubri q. pl.

Inde retortæ vitreæ capaci; adfunde aquæ communis circiter decuplum, & excipulo applicato juncturisque clausis destillationem insitue ex Balneo arenæ. Prohibit initio cum aqua oleum limpidum excolor, quod ab aqua separatum in vitro bene clauso asservandum.

OLEUM SIVE SPIRITUS

TEREBINTHINÆ.

R. Terebinthinæ part. j.

Aquæ communis part. vi.

In-

Instituatur destillatio. Oleum destillatum ab aqua simul prolecta separetur, & servetur.

Terebinthina in vase destillatorio restans TEREBINTHINA COCTA audit, quæ etiam in suos usus est servanda.

Pari modo paratur

OLEUM PINI EX RESINA LIQUIDA.

OLEA DESTILLATA

MAGIS MINUSVE EMPYREUMATICA.

OLEUM BUXI.

R. Ligni Buxi in frusta minuta scissi q. f.

Immitte retortæ vitreæ, & igne gradatim aucto, instituatur destillatio. Oleum a liquore aquoso simul prolecto debite separatum servetur.

OLEUM CORNU CERVI.

Acquiritur sub destillatione *Spiritus Cornu Cervi*, quem vide suo loco.

N 5

OLEUM

OLEUM LATERITIUM

vulgo

PHILOSOPHORUM.

Frusta laterum bene ignita imbuantur Olei Olivarum sufficienti quantitate, ac in retorta vitrea **ex** arena destillentur sensim ignis gradu aucto, ad omnis Olei expulsionem.

OLEUM SUCCINI.

P. Succini rasi q. v.

Solum vel cum arena commixtum inde retortæ vitreæ, & gradatim destilla. Prohibit primo liquor acidulus cum paucō oleo flavescente; sequitur dein oleum flavum ac portio salis; tandem oleum subrubrum majorque salis copia forma crystallina. Sal seorsim affervandus. Oleum vero ab acidulo liquore separatum ex cucurbita vitrea rectificandum, & affervandum.

Pari modo destillatur

OLEUM CERÆ.

At hic sal nullus obtinetur.

OLEA

OLEA PRESSA.

OLEUM

AMYGDALARUM AMARARUM.

Ex. Amygdalarum amararum. q. v.

Redigantur in pulverem rudem, includantur
facculo linteo, & sub prelo modice calefacto
omne exprimatur oleum.

Ea ratione parantur

OLEUM AMYGDALARUM DULCIUM.

NUCUM.

SEMINIS HYOSCYAMI.

LINI.

PAPAVERIS.

OLEUM BACCARUM LAURI.

Ex. Baccarum Lauri recentium & bene matu-
rarum q. f.

Contusis adfundatur aquæ communis suffi-
ciens quantitas, cum qua bulliant media circiter
hora in vase, ne tamen aquæ evaporatio
nimis violenta fit, leviter tecto. Liquor bul-
liens percoletur fortiterque exprimatur, in
cujus frigefacti superficie oleum hærebit odo-

ra-

ratum Butyri consistentia, quod inde tollendum & asservandum. Restantes post expressionem Baccæ denuo excoqui, ut prius exprimi, ac operationes hæ repeti eo usque possunt, donec nullum amplius hoc modo oleum obtineatur.

Nuces rectius quam *Baccæ* dicerentur *Lauri* fructus ex eo, quod maxima dumtaxat olei ita obtenti copia in dictorum fructuum nucleis contineatur.

OLEUM NUCIS MOSCHATÆ.

R. Nucum Moschatarum q. pl.

Contusæ & modica aqua calida irrigatæ ope preli calefacti oleum inde exprimatur.

Hoc ut etiam præcedens oleum raro in nostris paratur officinis; sed ambo communiter aliunde allata leviori emuntur pretio.

OLEUM OVORUM.

R. Vitellorum Ovorum ad duritiem coctorum q. v.

Contriti torreantur in sartagine lento calore sub continua agitatione, donec pinguedinem exsudare incipient; tunc adhuc calentes linteo

in-

includantur, indeque intra calefactum prelum
exprimatur oleum.

OLEA COCTA,

sive

INFUSA COMPOSITA.

OLEUM COLOCYNTHIDIS

C O M P O S I T U M ,

sive

HABACUCINUM *vulgo dictum.*

¶. Herbæ Absinthii recentis unc. vj.

Radicis Gentianæ unc. iij.

Hellebori nigri.

Pulpæ Colocynthidis ana unc. ii.

Aloës.

Fellis Tauri inspissati ana unc. iß.

Seminum Cinæ.

Foliorum Rutæ ana unc. j.

Incisis ac contusis adsunde

Olei Olivarum fervidi libr. iv.

Macerentur per dies octo, dein facta una
aut altera ebullitione ad humidi absunctionem
coletur oleum, cui refrigerato admisce

Olei

Olei Petræ rubri unc. iv.

Spicæ unc. iij.

Et serva.

OLEUM HYPERICI.

R. Florum Hyperici recentium libr. iij.

Croci dr. iij.

Olei Olivarum libr. vij.

Macerentur simul per octo dies, factis tandem aliquot ebullitionibus forti expressione oleum coletur, ac clarum dein a turbido per inclinationem separetur, in quo solvatur

Terèbinthinæ libr. iij.

Et servetur.

OLEUM VIRIDE.

R. Herbæ Valerianæ cum radice.

Cardui benedicti.

Anethi ana recentis unc. iij.

Graminis.

Centaurii minoris cum floribus.

Hyperici cum floribus.

Baccarum Juniperi viridium ana recentium
unc. ij.

Incisis ac contusis adfunde

Olei olivarum fervidi libr. xij.

Ma-

Macerentur per octo dies, facta dein una alterave ebullitione ad humidi consumtionem coletur oleum, & colatura adde

Olibani.

Masticæ ana libr. β .

Terebinthinæ libr. j.

Stent per aliquot dies in calida digestione,
& servetur oleum.

OLEA COCTA,

five

PER INFUSIONEM PARATA

simplicia.

OLEUM ABSINTHII COCTUM.

R. Herbæ Absinthii recentis libr. j.

Infunde cum

Olei olivarum fervidi libr. iv.

Macerentur simul per octiduum in vase te-
cto, ebulliant dein parumper, & Oleum per
linteum illico exprimatur, & servetur.

Ita parantur

OLEUM HERBÆ ANAGALLIDIS.

Ane.

ANETHI.

HYOSCYAMI.

FLORUM CHAMOMILLÆ.

LILIORUM ALBORUM.

VERBASCI.

OLEUM MOMORDICÆ.

R. Fructuum maturorum Momordicæ balsaminae libr. j.

Olei olivarum libr. jj.

Stent per octiduum in loco temperate calido, factis dein aliquot ebullitionibus ad absolucionem humidi coletur, & servetur oleum.

OLEUM SCORPIONUM.

R. Scorpiones vivos numero centum Suffocentur in

Olei olivarum libr. jj.

Macerentur in vase vitro clauso per mensem, & oleum servetur.

OXYMEL COLCHICI.

R. Aceti Colchici part. j.

Mellis part. jj.

Coque in justam consistentiam Mellis.

PILULÆ. Pari modo sunt & GRADUIS.

OXYMEL SCILLITICUM.
SIMPLEX.

PILULÆ ANETHINÆ.

- R. Aloes succotrinæ.
Diagrydii
Trohischorum Alhandal ana unc. ij.
Resinæ Jalapæ unc. i β .
Extracti Hellebori nigri unc. j.

Pulverata misceantur, & cum *Spiritus Anisi*
sufficienti quantitate fiat massa pilularum, adden-
do in fine

Olei Anethi destillati dr. i β .

PILULÆ BALSAMICÆ

MORTONIANÆ.

- R. Millepedum præparatorum unc. i β .
Gummi Ammoniaci dr. vj.
Florum Benzoes scrup. viij.
Pulveris Croci.
Balsami Peruviani nigri ana dr. j.
Olei Anisi dr. β .
Syrupi Diacordii q. s.
Misceantur, & fiat massa pilularum.

O

PI-